

34. 35
DISHARMONIÆ
DECALOGICÆ

QUOAD
ΠΕΡΙΣΤΑΤΙΚΑ,
SEV POTISSIMAS
LEGIS CIRCVMSTANTIAS,
EX
QUORVNDAM SCRIPTVRÆS.LOCORVM
INSTITVTA COLLATIONE,
HARMONICE CONCILIATÆ,
ΔΥΑΣ,
DEO CLEMENTER ADIUVANTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
DN.FRIDERICO AVGVSTO
RRINCIPE REGIO, ET ELECTORATUS
SAXON. HEREDE

PLACIDÆ συμφιλολογήτων DISQVISITIONI
OBLATA
PRAESIDE
M. IOH. IACOB. *Stromeyer* / VLM.
RESPONDENTE
PHILIPPO IACOBO BÜRCKLINO,
DVRLACO-BADENSI
D. ΜΑΪΙ AN. M DCC XIV.
H. L. Q. C.

VITEMBERGÆ
EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

DISHARMONIE
DECALOGICAE

QUOD

PEPITATA

SEU POTISSIMA

LEGIS CIRCVNSTANTIAS

EX

QVORVNDAM SCRIPTVRA SACROORVM

INSTEIX COLLECTANEA

HARMONICE CONGLVTATAE

A T A E

DEO CLEMENTER ADIVVANTE

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

DNERIDERICO CVSTO

PRINCIPLE REGIO ET ECCLESIAE

SAXON. HERED.

ACCIDIT

DE 1711

PER AETATE

M. IOH. IACOB. BRUNNENI VLM.

PHILIPPO IACOBO BRUNNENI

DITLACO-BADENSI

MDCCCLXXII

H. W. G. C. S. P.

BY OFFICINA CHRISTIANI SCHNEIDERI, ANSTADT



7. N. 7.
PROOEMIUM.



Ulm anno superiore, in illustri *Fe-
 nensium* Univerſitate, aliquas, V.
 duntaxat Disharmonias quoad De-
 calogi *περιστάμια* apparentes, in
 Dissertationis Academicae forma
 conciliaremus, aliis deinde nego-
 tiis implicati, reliquas addere haud
 potuimus. Nunc itaque in celeberrimam, quae *Vitem-
 bergae* floret, Academiam progressi, Ejusque statutis et
 iuribus nos submittentis, telam, quam exorſi sumus, in
 aliquot succinctis, de eadem materia, disputationibus per-
 texemus. Sit itaque opitulante divino Numine.

DISHARMONIA VI.

RATIONE SCRIPTURÆ TABULARUM.

Exod. 34, 27.

Ibid. v. 28.

וּכְתַבְתָּ עַל הַלְחָוֹת אֵת דְּבָרֵי וְיֹאמַר יְהוָה אֵל מֹשֶׁה כְּתֹב
 לְךָ אֵת הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה
 Et dixit DEUS ad Moſen, Et ſcripſit in Tabulis verba
 ſcribe tibi verba haecce. ſœderis iſtius (i. e.) decem
 verba.

§. I.

SI vera eſſet haec *ἐναντιολογία*, certe nulla haecenus recen-
 ſitarum foret difficilior. Nefcio enim cujus in conſtan-
 tiae DEUS argui poſſet; qui in ejusdem Cap. commate I.
 feſe Tabulis poſterioribus Legem inſcripturum dixit, nunc
 ſubito mutatus idem negotiū Moſi detulerit. Neque haec
 cum ipſa executione ſtare poſſent, quae Deut. 10, 4. divino
 Numini diſerte assignatur, quod ſcilicet Idem, qui priores,
 etiam poſteriores Decalogi Tabulas, a Moſe, jūſſu Dei fa-
 bre factas, literis exornarit. Corrueret etiam conſtantis-
 ſima, plerorumque Veterum, et Judaeorum, et Chriſtiano-

A 2

rum,

rum, Scripturae Interpretum sententia, quam recentiores, maximam partem sequuntur, tam primas, quam secundas Tabulas, Dei manu digitoque fuisse scriptas, secundum ea, quae in *Diss. I. Harm. IV.* uberius deduximus. Imo *Judaeis, nominetenus R. Beehai in Kad Hakkemach* et *Sim, et Auctori Keter Torah, R. Joseph Askenasi* videtur, ipsa dictare ratio, quod nihil in Lege, quae hominibus salutis causa erat, ab humanis manibus fuerit profectum, inter alias ob hanc praecipue hypotesin, quia decem praeceptis tota Lex, omniaque 613 mandata continentur, adeo ut a Domino scribi debuerint. Enimvero licet hanc partim heterodoxam, partim fabulosam opinionem tantum momenti esse haud existimemus, ut propter illam DEVS decalogum ipse scribere necesse habuerit, manifestum tamen est, dicta nostra alio, quam prae se ferunt sensu, esse accipienda, ne contradictio vera in Sacris Pandectis statuatur aut admittatur.

§. 2.

Venerandus ergo Pater *Augustinus* horum locorum Conciliatorem agens *Tom. IV. quaest. in Deut. l. 5. c. 15. qst. 166.* ita differit: *de Mose dictum est, quod ipse scripserit. cui etiam DEVS paulo ante dixerit, scribe tibi verba haec. Cum vero primum Legem accepit, cujus Tabulas abiecit et fregit, nec ipse excidisse dictus est Tabulas lapideas, nec ei dictum est, ut scriberet, sicut ei modo dicitur; nec eas ipse scripsisse narratur, sicut modo narrat Scriptura, et dicit: scripsit in Tabulis Testamenti X. verba.* Scilicet arbitratur divus Vir, distingvendo inter Tabulas Legis priores a Mose fractas, atque inter Tabulas posteriores in arca asservatas, omnem tolli posse difficultatem. Enimvero libenter ejus canitici cederemus, nisi veritas periclitaretur. Falsum enim est, quod supponit: conferantur omnia loca, *Ex. 31. 18. c. 32. 16. Deut. 5. 22. c. 9. 10. Ex. 34. 1. Deut. 10. 1. 2. 4.* patebit, utrumque Tabularum par non in Scriptura

rd

ra divina, ductuque literarum divino, sed in structura seu fabrica differre, prioris a DEO, posterioris a Mose profecta est; uti in l.c. p. 41. sqq. demonstratum ivimus. Nec quicquam eundem iuvat v. 27. et 28. in quos digitum intendit, nec, inquit, ei dictum est, ut scriberet, sicut ei modo, nimirum in v. 27. dicitur. &c. uti ex paulo inferius dicendis innoscet.

§. 3.

Neque rem acu tetigisse videntur quidam apud Lyranum respondentes: Deum scripsisse autoritative & dictando, Mosen autem ministerialiter & figurando. Non quidem ex ea ratione, quam nonnulli afferunt, quod verisimile haud sit, Mosen ascendentem in montem ad adorandum, & contemplandum, portasse secum instrumenta ad sculptendum literas in lapides. Quid enim, si cui sit veritabile, Mosen huiusmodi instrumenta asportasse? siquidem non praecise orandi & speculandi causa, sed ut Tabulas a semet excisas DEO traderet, ascendit, non satis gnarus, utrum Deus immediate, sicut in prioribus, an vero mediante Scripturam hanc velit procurare in illis Tabulis, quas non, ut antecedentes, ipse fecerat. Interea non negatur, Mosen egregiam hanc DEum suum humillime adorandi, et avidae contemplandi occasionem arripuisse, sic enim sacra Historia a versu 5. ad 9. abunde testatur: finis autem primarius, et a DEO inunctus, fuit tum temporis traditio tabularum, quod luculenter ex versibus 4. prioribus patet; accidentarius autem, scilicet Manifestatio sui, ex summa Dei *Φιλανθρωπία* supervenit, ut non potuerit non Moses se ad pedes ejus proolvere, tantamque revelationis gratiam exoculari. Quapropter nollem ego speciosam hanc conciliationem ex verisimiilitudine quadam impugnare; sed ex eo potius fundamento, quod illa *ἐμφάσις Θεάσιως* non satisfaciat, neq;

A 3

ἐξοχίη

ἰσοχρῆν seu prerogativam, qua hae Tabulae νομικῆν prae
 reliqua Mosis scriptura, vel toto Pentateucho gaudet, quod,
 inquam, hanc non exhauriat. Quid enim quaeso peculiaris
 haberent? Nonne πᾶσα ἡ γραφή θεόπνευστος? annon totam
 illam, puta Canonicam, Deus autoritative dictando, in-
 spirando, suggerendo, revelando &c. scripsit, ut Moses,
 caeterique Amanuenses sacri nihil praeter Ministerium
 suum, & manum suam, ad formandas figurandasque li-
 teras commodarint? de nulla tamen hae phraseologia
 repetita occurrit: כְּתוּבִים כִּאֲצַעֵת אֱלֹהִים it.
 אֲנִי יְהוָה כִּתְבֵתִי אֵת הַדְּבָרִים it. אֲנִי הֵמָּכָן מִכְּתֹב אֱלֹהִים
 &c. Hae profecto verba actum scribendi prorsus inau-
 ditum, penitus insolitum, omnino singularem, folique
 Decalogi Scriptura competentem, emphatice inferunt.

S. 4.

Lyr a itaque in *Com. ad h. l.* hos suos correcturus aliam
 ingreditur viam. quamvis parum meliorem. Hanc enim
scriptionem, si ad Mosē referatur, ita exponendam esse sta-
tuit, ut Mosēs duntaxat manum suam Tabulis apposuerit,
DEUS autem literas miraculose efformarit, quem admo-
dum ad impositionem manuum Apostolorum dabatur Spi-
ritus sanctus. Sed quis non videt hae huc obtorto collo
trahi? quid enim hae ἀνωλογογραφία cum χαρθεσία illa
Apostolica, qua Spiritus Sanctus piis fidelibus confereba-
tur, habet commune? Nimium hoc sapit mysticum. Nec
miracula temere sunt statuenda, quae Athei deinceps ride-
ant.

S. 5.

Caeterum demiror *Cartwright* hunc, virum alias do-
 ctissimum, quod in *annotatis ad Exod. c. 34, 28.* explosam
 antea B. Augustini sententiam, magno applausu & venusto
 colore sustineat reducere. Hae, ait, scilicet Augustini expo-
 sitio cum sacri textus serie maxime videtur congruere, nec
 video, quid in ea sit incommodi, quod enim v. l. a DEO dici-
 tur,

*tur, se scripturum, quidni ita exponi possit, quem admo-
 dum ABENESRA exponit, et quidem recte, illud Ex. c. 14. 6
 Et ligavit Pharaon currum suum, nempe וליבז mandato, id
 est, mandavit, ac mandato effecit suo, ut ligaretur? Sic
 Salomon dicitur adificasse domum Domini, quia fecit, ut a-
 dificaretur. Pariratione licet interpretari, et scribam,
 id est, efficiam, ut scribas. Atqui vero respondetur, pari
 ratione disparia non licet interpretari, maxime si vide-
 mus, quid in iis sit incommodi. Primo enim *AbenEfra*,
 ad quem citatus Autor provocat, locum nostrum longe
 aliter, quam v. 6. c. 14. *Exodi*, fuit interpretatus, & qui-
 dem recte, magna enim est disparitas inter Aurigationem
 & Adificationem propriis, ut ita dicam, manibus per-
 agendam, atque inter Legis latae consignationem; illa est
 Majestate Regia prorsus indigna; hæc, imprimis si causæ
 adfint graviore, ad majorem Legi auctoritatem compa-
 randam compositæ, dignissima: atque adeo ipsa necessi-
 tas efflagitat, ut illa loca Hiphilice, permissive, imperati-
 ve, atque sic deinceps, exponantur, nostra autem loca id
 nullo modo postulant. Deinde obstat varietas styli ubi
 enim tam emphatice dicitur? *Pharaon digito suo, propria
 manu sua currum equis junxit?* ubi fertur *Salomo manu
 sua fabricavit, & domum Dei extruxit?* sicuti e contrario
 in locis nostris exhibetur: *DEUS ויעבדני digito suo Legem
 Tabulis in scripsit.* Nemo itaque vitio nobis vertat, quod
 & hanc, illustris licet viri, conciliationem libere abjicia-
 mus.*

§. 6.

Destinato, *mi Lector*, consilio, *nar' ægri*, incessimus,
 et aliquot conciliationes minus idoneas modeste removi-
 mus, quia non sufficit quocunque modo Scripturam conci-
 liasse, sed solide fiat, necesse est. Quamdiu enim per-
 tinaces adversarii inveniunt, quod cum aliqua veritatis
 saltem specie regerant, tamdiu auctoritas Scripturæ in peri-
 culo

culo, minimum apud istiusmodi homunciones versatur. Nos itaque tutissimam, antiquissimam, receptissimam dabimus Harmoniam: Quapropter ad primū quod attinet versum, quo DEUS ad Mosen dixit: *scribe tibi verba hæc*, monemus, illum non agere de X. Decalogi Praeceptis, sed de ceremonialibus post illa prolatis, & ante v. 27. repetitis, ut sensus hic emergat: *scribe tibi*, pro te, in usum tuum, *ista nimirum*, quæ supra retuli. Quod si vero aliquis morose urgeat nexum versus hujus cum sequente, et mandatum cum executione, demus, de Decalogo agi, non vero in Tabulas, sed in Volumen aut Tabellas exarando, uti cap. 17. 14. tale quid injungitur, ut tota hæc Historia ad posteros Israelitarum transmittatur. Interim mihi pervasum est, hos duos tam arte non connecti, sed illum antecedentia respicere, hunc novum quid de jejunio Mosi quadragesimali, & quid interea contigerit, commemorare. Comma vero alterum duo sistit subjecta, quorum unum est Moses 40. dies, & 40. noctes miraculose & extraordinarie, jejunans; alterum est remotius Deus nimirum literas in Tabulis exarans. Nam propter intervenientem Atnachum, scribendi verbum ad Deum, cum quo Moses erat, non ad Mosen ipsum debet referri, quamvis id prima fronte videatur. Atque sic demum locus obscurior & ambiguus, cum clarioribus et apertis optime congruit, ac iisdem, secundum regulas Hermenevtices seu bonæ interpretationis, illustratur.

S. 7.

Patrocinator huic Interpretationi Doctissimus *Aben Esra Com.* ad h. l. dicens: **השם כתבם** DEUS scripsit illa. consentit *R. Moses Bar Nachman, Com. in Leg.* ad h. l. qui sensus, inquit *horum verborum על הלווחות* *et scripsit in Tabulis, et sequens: ויכתב אלהים על הלווחות פירוש:* **השם ולא תזוור למשוך** *Et scripsit DEUS in Tabulis, b. e.* *Domini*

*Dominus, nequaquam autē refertur ad Moſen. Qui Rabbi-
ni nitūtur autoritate Autoris Rabboth Rabba Bar Nachmoni
in Schemos Rabba c. 46. Jalkut R. Schimonis art. 397. imo
ipſius Gemara in Schabbat c. 12. qui eſt lib. I. in II. Sed. Talm.
Moed. dicto. Neque inter Chriſtianos, Doctores ab hac ſen-
tentia abhorruere: ex multis videatur modo B. VValther-
us in Harm. Bibl. p. 739. Ord. 4. Audiatur Magnum olim
hujus Academiae Decus, B. Abraham Calovius, qui in Bi-
bliis ſuis illustratis ad h. l. ita verba facit: de DEO hoc in-
telligendum, cum quo Moſes fuit, non de Moſe, adeoque
ad nomen remotius referendum eſt verbum, quia certum
eſt, in poſterioribus Tabulis DEUM ipſum immediate ver-
ba legis ſcripſiſſe, Ex. 34, 10. Deut. 10, 4. Quare nec Dominus
Clericus, in opella noſtra hinc inde tactus, laude ſua
eſt defraudandus, quando in verſione ſua, ex v. i. vo-
cem DEUSque ſupplevit, h. m. Moſes autem illic cum Je-
hova 40 diebus, et 40 noctibus fuit, neque panem come-
dit, aut aquam bibit, DEUSque verba fœderis, Decalo-
gum nempe, tabulis inſcripſit. Nam, uti in Notis ratio-
nem reddit ſuae additionis, ex latine loquentium uſu ad
Moſen ſcriptio alioqui relata fuiſſet. Sed Hebræi ad no-
minativum remotiorem ſæpe verbum referunt.*

S. 8.

Ex haſtenus dictis pronum erit judicare de B. Phil. Tac.
Speneri judicio, quod totum ex Ejus libro, cui titulus eſt:
Theologiſche Bedencken/aſſeremus. Verba in Parte I. Sect.
II. p. 8. ita habent:

Von der Schriſſe der 10. Gebote auff die 2te Taſſeln.

2. Moſ. 34/1. 27/28. 5. Moſ. 10/2/4.

ES kommt alle Schwierigkeit daher/ weil Moſes/ da er davon
redet/ wie die 10. Gebote auff die andern Taſeln/ welche er
nach den erſtern gebrochenen wiederum auff Göttlichem Befehl
gemacht/ geſchrieben worden ſeyn. Einiger Orten wird es Moſi

B

zugz

geschrieben / anderswo scheinet Gott unmittelbar sich selbst zu
zuschreiben. Jenes 2. Mos. 34 / 1. 5. Mos. 10 / 24. Dieses 2. Mos. 34 / 27.
28. Daher (NB.) kein ander Conciliation statt hat / als / wo man
Gottes unmittelbahren Werck solches schreiben wiederum zu
messen wil / daß man den Ort c. 34 / 28. also erkläre: Und Er schrieb /
daß solches nicht von Mose / dessen grad vorher Meldung ge-
schehen / genommen werde / sondern des Herrn Nahme aus dem
vorigen Versen zu wiederholten seye. Da müste als denn v. 27. der
Befehl des Schreibens / nicht von dem schreiben der 10. Gebot /
sondern der andern unmittelbar enthaltener Gebot / verstanden
werden. Dieser Meinung bin ich nicht in Abrede / daß neben dem
R. Aben Ezra, die meiste Christliche Lehrer auch beppflichten. Hin-
gegen sind auch derjenigen nicht wenige / so den Mosen darunter
versiechen / der die 2te Schrift verrichtet habe. Diese Meinung
findet sich unter den alten bey Augustino, und Cypriano, unter
den mittel alten bey dem Autore Historie Scholasticæ, Hugone,
Rikelio; sodann auch einigen neuern. Dieser habe ich auch lies-
ber beppflichten wollen / weil 2. Mos. 34 / 28. es allzubart lautet /
den Text also zu zerreißen / daß man den Worten Er schrieb: so
mit einem **Und** an die vorige gehengt werden / ein ander Subje-
ctum, dessen directe vorher nicht Meldung geschehen / und ohne
dessen Anzeige in dem Text weiter her hohlen wolte. So ist es auch
hart / den 27. und 28. vers von zweyerley Worten zu versiechen / da
doch wir v. 28. רבירי הכרות die Worte des Bundes so geschrie-
ben solten werden / also v. 27. die Worte die Mose schreiben
solte / auch diejenige heißen / auff welche der Bund gegründet wer-
den sollen. Da hingegen die Erklärung / so man den Stellen /
die vor die Gegen-Meinung geführt werden / appliciren kan /
weniger Zwang hat und in der Schrift nichts ungemehmes ist /
daß einem zugeschrieben wird / was er durch einen andern
thut. Jedoch dringe auch solche Meinung niemand auf / und
thut weder dieses noch jenes dem Glauben an sich selbst eintrag.
Dahero nicht nöthig ist / wann eutsche es also conciliren wollen:
Mose habe aus Gottes Befehl die Hand zuschreiben oder einzus-
graben angelegt / aber da eben alsobald durch ein Wunderwerck
die Buchstaben alle formirt worden / daß also Gott und er
gleich

gleichsam miteinander geschrieben hatten. Der Herr schreibe
selbs mit seinem Finger und lebendigen Buchstaben sein Gesetz in
unsere Herzens-Tafeln/so soll uns genügen.

DISHARMONIA VII.

RATIONE LOCI LEGISLATIONIS.

Exod. XX, 19.	מִן הַשָּׁמַיִם וּבְרַתִּי עִמָּכֶם	וַהֲוֵה אֱלֹהֵינוּ כְּרַת עִמָּנוּ בְּרֹחַ
De caelo locutus sum vobiscum.		כְּחֹרֵב.

Deut. IV, 36.	מִן הַשָּׁמַיִם הִשְׁמִיעַךְ אֵת קוֹל	DEUS Dominus noster pepigit
	לְיִסְרָךְ וְעַל הָאָרֶץ הָרַאךְ אֵת	nobiscum foedus in Choreb
	אֲשֶׁר הִנְדוּלָה וּבְרִיּוֹן שְׁמַעַתְךָ	
	מִתּוֹךְ הָאֵשׁ.	

De caelo audirete fecit vocem	וְעַל הַר סִינַי יֵרֵד וּרְבַר עִמָּהֶם	Neh. IX 13.
suam ad erudiendum te, & su-	מִשָּׁמַיִם.	
per terra videre te fecit ignem.		

Super Montem Sinai descendi-	שׁוּמ מַגְנִיּוּם, vֵרְבֵּאֻקֶּה eְּיֻס	
sti, et loquendo locutus es	אַוּדִיִּלְטִי eְּ מֵדִיּוּם iְּנִי.	
cum illis de caelo &c.		

§. 9.

Iterum haud levis se offert hinc in locis lo-
corum discrepantia, in quibus Lex fuerit lata. Ut
nunc de Nehemia non dicam, (qui descensum
DEI super montem Sinai concedit, Loquelam tamen,
Legisque promulgationem coelitus asserit factam,) Mo-
ses sibi ipse non constare videtur; Si enim juxta Ex. c. 19.
Dominus ex monte Sinai Israelitas allocutus est, quare di-
cit, foedus in Choreb fuisse factum? quare ait, DEUM ex
caelis verba fecisse? nonne magnus inter montes et cae-
lum est hiatus? praeterea dicitur in proverbio, *occurrunt*
homines, nequeunt occurrere montes. Qui itaque sit, ut
haec, in Legislatione, Mons Sinai et Mons Choreb sibi in-
vicem quasi occurrant, & apud Mosen concurrant?

§. 10.

Sed enim vero quoad Montes hosce diversos respon-

B 2

sio

fio est in promptu. Nimirum strictè loquendo, Sinai et Choreb non sunt diversi montes, sed unus ejusdemque Montis, duo juga, seu, si malis, sunt duo montes, ex una tamen radice surgentes, quorum unus (Horeb) orientem versus, alter (Sinai) occidentem spectabat; quod in Diss. I. §. 27. p. 50. ex Autoribus probatis probavimus. Unde factum, ut saepius horum montium nomina inter se permutentur. Idque loco hoc eo magis, quia Gloria Domini, procul omni dubio, tum integram regionem montanam superiorem occupavit, & utrumque Montis jugum quasi inhabitavit, ut longe lateque a tot myriadiabus hominum conspici posset. Atque hoc respectu uterque locus verificatur, Deus tam de Chorebo, quam de Sinai Legem tulit, fœdusque cum Israelitis iniit.

§. II.

Maius negotium faceffit Interpretibus, ut cœlum cum montibus hisce componant & uniant. *Aben Esra* in *Comm. in Exod. c. 20, 19.* has prodit meditationes, quas ob breviter apponere licebit, **רבוּכֵם הַשְּׁחִבְשׁוּ כַעֲבוּר שְׂמַעֲנָא** וּדְבַרְהוּ שְׁמַעְתֶּם מִחוּךְ הַאֵשׁ שִׁיחָה כְּהַר סִינַי כִּי כָתוּב וַיֵּרֶד יְהוָה עַל הַר סִינַי עַל רֹאשׁ תְּהַר וְעַתָּה אֲמַר מִן הַשָּׁמַיִם דְּבַרְתִּי עִמָּכֶם וְכִי שָׁאֵשׁ לוֹ לֵב יִבְּרֹן הַמַּעַם בְּפִרְשֵׁת כִּי תִשָּׂא רֶק עַתָּה אֲתוּן לָךְ מִשַׁל אֹרְלוּ וּבִין מִי שָׂאִין לוֹ לֵב הַשׁוֹב שִׁיחָה כְּלִמְסַת אֲרָם רִאשׁוֹן כְּשִׁמְסִים וְרַגְלָיו עַל דֵּר סִינַי וְחַוּוּ טַעַם וַיֵּרֶד, מִן הַשָּׁמַיִם וְדַבֵּר כְּמוֹ וְעַמְדוֹ רַגְלָיו כְּיוֹם הָהוּא עַל הַר הַהוּא עַל הַר הַהוּא כִּי יִדְעֵנוּ שֶׁהַשָּׁמַיִם וְחַרְצֵן מִלֵּא כְּכֹרֶה *i. e. Multi confunduntur, propterea a quod inveniunt alicubi* *hec verba: et verba ejus audivistis e medio ignis, qui er at in monte Sinai, nam scriptum est, descendit Jehova in montem Sinai, in cacumen Montis, & nunc dicit: de coelo locutus sum vobiscum. Sed is, cui est animus prudens, intelliget sensum ex sectione, quæ incipit a verbis כִּי תִשָּׂא. Nunc autem dabo tibi parabolam, forsan intelliget etiam is, cui*

cui non est animus, (qui est ingenii stupidi) finge, quod sit secundum similitudinem hominis (vel quod DEUS sit similis homini; cuius caput pertingit usque ad coelum, & pedes ejus sunt super monte Sinai. Et hic est sensus verborum, quando dicitur: & descendit, & de caelo locutus est, uti loco sequenti dicitur: et steterunt pedes ejus in die illo super montem olivarum. Nam novimus, quod coelum et terra sint plena gloria ejus. Subtilissimus Rabbi, crasso hoc simili rudiores ad DEI omnipraesentiam, qua caelum et terram replet, vult ablegare, ut ex hoc DEI attributo conciliationem locorum apparenter contradicentium sibi petant. Ast mihi non usquequaque arridet, Deus enim non, quatenus semper omnipraesens est, de caelo est locutus, sed peculiari prorsus modo, de caelo, in monte Israelitis se manifestavit, & adeos sermones sacros habuit. Quoniam vero tantum in gratiam simplicitatis juvanda attulit claudum istud simile, quantenus tolerari potest.

§. 12.

Idque eo magis, quia sagacioribus in sectione נשח"י allegata subtiliorem longe explicationem adducit, ex qua videre est, quod neque *Aben Esra* ipse, neque *R. Ismael in Midrasch Tebillim* Pf. 18. neque *R. Uscbaia Gahlaus in Bereschit Rabba*, neque *R. Jose in Gemara Sukka l. VI. in Seder Maed. c. 1.* neque ullus Talmudistarum DEUM corporeum statuerit, qui se ex uno loco in alterum transferret. Ut tamen aliquam huic rei medelam afferant, conferunt cum *Ex. 16, 20. & c. 20, 22.* tertium locum ex *Deut. 4. v. 36.* quem et nos citavimus, rati per illius interventum omnem tolli pugnam, qua inter utrumque esse videbatur. Viderunt enim, ne cessario dicendum esse, DEUM non descendere, si- ve ex altiore loco ad inferiorem transferri, S. Scripturam tamen de eo descendendi Vocabulo uti, quia in monte

B 3

osten-

ostenderit magnum ignem, i.e. uti *R. Menasse Ben Israel*
in *Conciliatore* suo exponit, quia ex caelo loco altissimo,
unde majori virtute agit, communicaverit se in monte Si-
nai, in quo notabili portento seipsum & vires suas ostendit.
Applicationem hic videmus Canonis istius Hermenevtici
in *Halichoth Olam*, h. m. extantis (p. 171.) רון שני כתובים
Argumento המכחישין זה את זה בא השלישי להכריע
duarum Scripturarum sibi contradicentium subvenit par-
agraphus tertius ad conciliandum. Ibidem pergitur: וזו
מפורשת בחורה כדאמרינן כתוב אחר אומר וירד יהוה על
הר סיני וכתוב אחר אומר כי מן השמים דברתי עמכם
הכריע הזמן השמים השמיעך את קולו לוסרך וכולו פירוש
השמים שחיה אש ומים שהראה דמות האש העליונית
על ראש ההר לכבר מתוכה וזו היא ההרכבה שאמר ז"ל
הרכין שמים לא ששינה אותם מהותן כלל
Hæc Constantinus L'Empercur, fulgentissimum olim lite-
raturæ Talmudico-Rabbinicæ fidus, nitidissimo latio do-
navit hunc in modum: *Hic arguendi modus in lege expli-*
cite continetur. Quemadmodum dicimus, quod unus
paraphrasis dicat Ex. 19, 20, tum descendit Jebora super
montem Sinai; alius vero Ex. 20, 22. quod ex caelis locutus
sim vobiscum: deinde tertius eos conciliet, Deut. 4, 36. e caelis
audiendam proposuit tibi vocem suam, ut erudiret te, per
caelos intelligit ignem & aquam, quod ostenderit similitu-
dinem ignis, id est: altissimorum super montis cacumine, ut
inde loqueretur. Hæc est illa depressio, qua sapientes lau-
date memoria dixerunt, DEVM depressisse caelos, non vero
quod eos ullo modo in sua essentiâ mutaverit. Idem sentit
R. Moses Maimonides in *Morè* (l. i. c. 12.) ait que, per Dei de-
scensum Ejus influxum in inferiora denotari. *Jonatan*
Ben Uziel, & *Onkelos* verbum וירד paraphrastice transtu-
lit ואהבלי & *revelatus est Dominus.* Hæc omnia tam ma-
le sana non sunt, ut penitus respuamus. Sed audiamus
quo-

quoque Interpretes Christianos, qui merito preferuntur, sicubi vera tradunt.

§. 13.

Ante vero quam illos adducam, incidit egregia *Raschi* commentatio ad h. l. his concepta verbis:

כי מן השמים דברתי וכתוב אחר אומר וירד ה' על הר סיני כה הכתוב השלישי והכריע ביניהם מן השמים השמיער את קולו ועל הארץ הראך את אשו הנדולה כבורו כשמים ואשו ונכרתו על הארץ ר"א הרכין שמים ושמי שמים והציען על החר וכן הוא אומר

Hac latino Idiomate sic sonant: Quod e ויט שמים וירר' *(vel locutus sim) At qui alia Scriptura dixit & descendit Dominus super montem Sinai. 19, 20 supervenit textus tertius, & inter illos duos locos intercedit: de caelo sc. audiendam Tibi vocem suam dedit DEVS, et super terra ostendit tibi ignem suum magnum. Gloria ejus fuit in caelo, ast ignis ejus ac potentia ejus fuit in terra. Alia explicatio: Inclinauit DEVS caelum, & caelos caelorum v. 18, 10. & 2. Sam. 22, 10. eos que stravit super Montem, & sic textus ille Scriptura dicit; & inclinauit caelos ac descendit. Hac tam sobria sunt, ut neque fidelissimo Ejus Translatore, Illustri Dno. Breit hauptio p. m. neque aliis displicuerint. Sed promissis standum, & ad Christianos deveniendum.*

§. 14.

Horum quamplurimi verba: *e caelo locutus sum vobiscum*, accipiunt de caelo aëreo seu infimo aëre eaque caeli parte, quæ Vertici montis incumberebat. Quæ sententia nihil in se continet absurdi. Dominus enim loquebatur e flamma ignis, quæ ex monte caelum versustendebat. Porro e caelis audiri dicuntur in Scripturis, non solum, quæ e summis caelis stellatis, aut in quibus sunt planetarum circuli, audiuntur, sed etiam, quæ ex aëre percipiuntur. Quod vero caelum significet cum inferiorem aërem, patet ex tum summis circumambientis nos spatii oras, patet ex

Gen.

Gen. I, 8. Matth. VI, 26. &c. Unde Plinius quoque in *Hist. Nat.* L. II. c. 38. *hactenus*, inquit, *de mundo ipso* i. e. *cælo sideribusque, nunc reliqua cæli memorabilia*. Namque et hoc *cælum* appellavere majores, quod alio nomine *aera* &c. Ita & apud Græcos sumebatur *ἄρανος*, uti vel ex unico Galeni loco, *Com. 2. in 1. Epid. Hippocr.* elucescit: *ἄρανον εἴρημα κατὰ τῶν ἰδιωτῶν ἔθος τὸν ὑπὲρ ὑμᾶς ἀεὶ ἀπὸ τῆς χώρας τῶν νεφελῶν ὁ δ' ὑπὸ τῶν ἱεραγόνων καὶ φιλοσόφων ἄρανος ὀνομαζόμενος ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν σελήνην ἀρχεται τόπων* i. e. *cælum* dixit, pro more illiteratorum, *aerem*, qui est supra nos usque ad regionem nubium. Quod autem ab Astronomis & Philosophis *cælum* dicitur, incipit, ab illis regionibus, quæ sunt prope Lunam. Quomocunque autem hæc se habeant, B. Waltherus loco supra allegato p. 274 per *cælum* intelligere videtur *cælum* aliud, sive æthereum, sive gloriosum, aut utrumque neutrum enim clare exprimit, dicit enim: *aut utrumque est factum distincte, aut e cælis ratione Terminum a quo, super monte, in & per ignem vox fuit audita*. Ab his non abludit Tremellius in *Annot.* ad h. l. inquires: *et si ignis nubes, fumus & sonus Tubæ in monte percepta sunt, vox tamen DEI loquentis e cælis edebatur*. Quid? si quis determinaret, vocem e cælo DEI Majestatico, nulli loco alligato, tum temporis in monte Sinai presentato, editam fuisse, num erraret? ubicunque enim DEUS presentiam suam tam magnifice & solenniter declarat, tot insuper Angelorum myriadibus stipatus, ibi profecto *cælum* est; & si non locus, status tamen cœlestis. Hic autem in Monte Sinai vel Choreb *cælum DEI* specialiori ratione fuisse, nullus auferim, neque temere affirmare, neque temere negare: penes Lectorem benevolum esto iudicium.

Proxime plura.

(o)



153649

AB: 153649

ULB Halle 3
003 252 787



sb.

n

VD 17
VD 18











34. 36

DISHARMONIÆ DECALOGICÆ

QUOD
ΠΕΡΙΣΤΑΤΙΚΑ,
SEV POTISSIMAS
LEGIS CIRCVMSTANTIAS,
EX
QVORVNDAM SCRIPTVRÆS.LOCORVM
INSTITVTA COLLATIONE,
HARMONICE CONCILIATÆ,
ΔΥΑΣ,
DEO CLEMENTER ADIUVANTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
DN.FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPE REGIO, ET ELECTORATUS
SAXON. HEREDE

PLACIDÆ συμφιλολογέων DISQVISIONI
OBLATA

PRAESIDE

M. IOH. IACOB. *Stromeyer* / VLM.

RESPONDENTE

PHILIPPO IACOBO BÜRCKLINO,
DVRLACO-BADENSI

D. *MAJI* AN. M DCC XIV.
H. L. Q. C.

VITEMBERGÆ

EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad, Typ.

